Mythologia, Venise, 1567 - X [96] : De Musis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [96] : De Musis *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 15 : De Musis *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [96] : Des Muses *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [96] : Des Muses *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [96] : De Musis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 12/01/2026 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1037

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1037?context=pdf

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination302r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesMuses
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1037?context=pdf

nam reliqua neque tantilli quidem faciet.

De Sirenibus.

CVM nobis vitandam eſſe deſidiam per hanc fabulam, omnemque in rebus gerendis negligentiam antiqui ſignificarent, hanc per Sirenum ſuauitatem cantilenæ omnes ad ſe allicere demonſtrabant, & in ſummum capitis diſcrimen denique inducere. alii voluptates eſſe intellexerunt, quæ patre taurino Acheloo ſcilicet natæ ſunt. cum vero partim eſſent belluæ, partim virgines, duplicem animæ facultatem oſtendebant rationi parentem ſcilicet, & rurſus appetentem. nam qui paret rationi, homo eſt; qui non paret, bellua: neque quidpiam aliud verè hominem facit. vnuſquiſque noſtrum merito incluſas habet Sirenes, cum animus diuerſis motibus agitetur. ſi quis igitur illegitimos motus ſecutus fuerit, hic in extremas miſerias denique inducitur: quare aures ad harum cantus ſunt obturandæ. quidam adulatores eſſe Sirenes putarunt, qua peſte nulla eſt neq; humano generi pernitioſior, neque ſuauior.

De Orpheo.

CELEBRATVS fuit Orpheus à poetis non ſolum quidem ob poeticæ facultatis præſtantiam, ſed multò magis ob iuſtitiam & æquitatem, qua non ſolum in cæteros homines, ſed in ſeipſum vſus fuit. nam placatis inferis animi perturbationibus ſcilicet, iuſtitiam ſiue euridicem in lucem extraxit. at ſi quis fuerit paulo negligentior in ſeruanda æquitate, rurſus eodem relabitur, vnde fuerat profectus. vt igitur moderationem animi motibus adhibeamus hæc ita conficta fuerant.

De Muſis.

CVM vellent Pythagorici demonſtrare omnia cœleſtia corpora muſicã harmoniam efficere, & ſonos varios pro magnitudine ſphærarum, aut pro celeritate. muſarum nomina introduxerunt; atque ad planetarum imitationem muſicis inſtrumentis ſeptem chordas primum accommodarunt. quæ deinde additæ fuerunt. Sic igitur muſicam diuinam ſcientiam Pythagoras ſignificauit, qua poſſent animi mortalium ab impuris cupiditatibus refrænari, & mores componi. Quòd diuinorum illorum corporum animæ poeticæ facultati præeſſent, id planè ſignificabat res humanas à mente diuina, cæleſtibuſque corporibus gubernari; atque omnem in quauis facultate præſtantiam ad homines cælitus demitti.

De Dedalo.

PER Dedali verò fabulam ſignificabant omnes iniquos eſſe calamitoſos, nulli ſcelerato putandam firmam eſſe iuſti principis amicitiam. mediocritatem tutius expeti, quàm ardua quæque & ſublimia, quia ſummæ præſtantiæ coniunctæ ſunt ingentes calamitates & pericula. nam mediocritas neque valde inuidioſa eſt, neque contemnenda.